

MYTHOLOGUS.

Oratiuncula

quā
PANDORA cum VOLUPTATE
comparatur.

505
13.
53

Quanta Poëtarum, A. O. ordin. admodum suspiciendi sit gravitas, quanta subtilitas, quanta jucunditas, quanta denique utilitas plura verborum copia demonstrare minus recessum esse duco, quam de illoz encomio quem condiscipulis meis, quantum quom necessitas flagitabat, jam dixit, ac unicuique obvia sint versus pedibus ferè triti:

Et prodesse volunt et delectare Poëta
Atque simul jucunda et idonea dicere vita.

Illa namque est, quod Poëta non modo aures oblectent et animos delectent, sed summam insuper et multifariam afferant utilitatem. Adducunt enim ad commodas vivendi rationes, docent mores, valent multum ad promovendos hominum animos et ad mentes erudiendas. Nec aliq̄d heic obtinent malevoli Poëtarum affirmaciones, quod obstreperunt, quod Poëta plerumque fabularum figmentis involvant atque occultant. Ut enim hoc diffidere non possim: nihilominus tamen ipsissima veritas etiam à nobis exigit, ut confidenter asseramus, quod si rejectis hisce involucribus, quae à Poëtis rei ipsi velut obtendunt, singularum partium vim et significationem ad auream iudicii accuratioris trutinam probe perstiterit, multa in Scriptis Poëtis ad vitam rectè instituendam apprime utilia latere, sit deprehensurum. Quod cum in rebus aliis quamplurimis, quae non sunt nullius momenti, satis licet videre, tum praecipue in Hesiodo illo de PANDORA commotum cum admiratione tam clarè est percipere, ut ipse Sol, quem summo meridie supra Horizontem nostrum jam est eversus, clarioribus radiis capita nostra illustrare negat. Quapropter frustraneum laborem me habet suscepturum esse autumo, si pace vestra, Audiat maximo honoris atque amoris cultu persequendi, allegoriam fabulae Pandoricae per ingenii mei viceculis ita tractandam mihi sumptero, ut per certa quaedam capita PANDORAM ad VOLUPTATEM Ethico-Theologicè accomodem. Antequam vero hanc operam aggredior, per eam vos humanitatem, quam inclusam in pectoribus huc attulistis, etiam atque etiam rogo, ut, dum dico, patienter affidere et attentè auscultare velitis. Atque ut à primo, quod dixi, oro incipiam, sciatis velim, Auditores, quod Poëta ille, de cuius vita ac rebus gestis juvenem non sine gravissimis gravissimorum virorum auctoritatibus differentem paulò ante audivistis, satis ingeniosè fingent, Pandoram à Vulcano ex aqua et terra fabricatam esse iussu Jovis: qui unum ille et verus Deus an verò falsus potius et fictitius sit habentes, vel ex eisdem Oezyonijs clarissime elucet: ubi Jovem modò maximum, modò optimum, modò Regem salutem Deorum: quorum copiam in gentilitate tantum non infinitam fuisse, ipse indigitat alibi his versibus:

Τρις ἴσας μύριοι ἔαβεν ἔσσι Διοὶ πρὸς Ἀπολλόνῳ
Ἄδραστον Τυρὸν, ὅσῳ ἄνεσθ' Ὀμήρου ἀνδρῶντων.

Ter enim decies mille sunt in terra multorum altitice
Dii Jovis, custodes mortalium hominum.

Atque Jovis nomen omnino est Jupiter falsis ac fictitius Deus, quales quom Paganorum fuerunt omnes, eo quod Christiana Ecclesiae alumni non nisi unum essentiam Deum in tribus realiter distinctis personis agnoscant, venerent, adorent; illi vero, Paganos puto, numera Deorum ferè innumerum. Patet hinc, patet, inquam, unde ortum suum traxerit PANDORA. Queritis nunc et ex me, cum Voluptate quomodo se res habeat? in promptu est, quod respondeam. Voluptas, prout in Ethicorum et Theologorum Scholis infame audit malum, quod turpitudinem involvat, et inter peccata familiarum ducit, non sane sumpsit suam originem à Trinuno Deo; quippe quod propter summam suam perfectionem et bonitatem nihil mali, quatenus quom tale est, potest: sed Authorem habuit Regem tenebrarum ac Dominum hujus mundi, Di-